



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Svmma Totivs Theologiae S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum**

Svpplementvm Tertiæ Partis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romæ, 1619**

Vtrum tantum episcopus ordinis sacramentum conferat? 1

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38817**

De conferentibus hoc sacramentum, in duos articulos diuisa.

**D**Einde considerandum est de conferentibus hoc sacramentum. Circa quod quarantur duo.

¶ Primo, vtrum solus Episcopus possit hoc sacramentum conferre?

¶ Secundo, vtrum hereticus, vel quicumque alius ab ecclesia praecisus, possit hoc sacramentum conferre?

## ARTIC. I.

Vtrum tantum Episcopus Ordinis sacramentum conferat?

155.

Tho. 4.

dist. 25.

q. 1. ar. 1.

Concil.

Trident.

sess. 23.

de sacra.

me. ord.

cano. 7.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

155.

**A**D primum sic proceditur, Videtur, quod non tantum episcopus ordinis sacramentum conferat. Quia manus impositio ad consecrationem aliqui facit. Sed sacerdotibus, qui ordinantur, non solus episcopus manus imponit, sed etiam sacerdotes adstantes. Ergo non solus episcopus confert ordinis sacramentum.

¶ 2 Præterea, Tunc unicuique datur potestas ordinis, quando ei exhibetur quod ad actum sui ordinis pertinet. Sed subdiaconis datur vrceolus cum aqua, & manutergio ab archidiacono: similiter acolytis, candelabrum cum cereo, & vrceolus vacuus. Ergo non solus episcopus confert ordinis sacramentum.

¶ 3 Præterea, Illa quæ sunt ordinis, non possunt alicui committi, qui non habet ordinem. Sed conferre ordines minores committitur aliquibus, qui non sunt episcopi, sicut presbyteris & cardinalibus. Ergo conferre ordines, non est episcopalis ordinis.

¶ 4 Præterea, Cuiuslibet committitur primum, pale, committitur & accessorium. Sed ordinis sacramentum ordinatur ad Eucharistiam sicut accessorium ad principale. Cum ergo sacerdos consecrat Eucharistiam, ipse etiam poterit ordines conferre.

¶ 5 Præterea, Plus distat sacerdos à diacono, quam episcopus ab episcopo. Sed episcopus potest consecrare episcopum, ergo & sacerdos poterit promouere diaconum.

¶ Vt ha-

betur in

Concil.

Carth. 4.

c. 5. et 6.

2. 2. q.

187. ar. 2.

sub fin.

corp.

SED

SED contra, Nobiliori modo applicantur ad diuini cultum ministri per ordines, quam vasa sacra. Sed consecratio vasorum pertinet ad solum Episcopum. Ergo multo fortius consecratio ministrorum.

¶ Præterea, Sacramentum ordinis est excellentius, quam confirmationis. Sed solus episcopus confirmat. Ergo multo magis solus confert ordinis sacramentum.

¶ Præterea, Virgines per benedictionem non constituuntur in aliquo gradu spiritualis potestatis, sicut ordinati constituuntur. Sed virgines benedicere est solius Episcopi. Ergo multo magis solus ipse potest aliquos ordinare.

RESPONDEO dicendum, quod potestas episcopalis habet se ad potestatem ordinum inferiorum, sicut politica quæ coniecit bonum commune, ad inferiores artes, & virtutes, quæ coniecit aliquod bonum speciale, vt ex dictis patet. Politica autem potest, vt dicitur in 1. Ethic. † legem inferioribus, scilicet quis quam debet exercere, & quantum & qualiter: & ideo ad Episcopum pertinet in omnibus diuinis mysterijs aliquos collocare. Vnde ipse solus confirmat, quia confirmati, in quodam officio constituuntur. Et ideo ipse etiam solus virgines benedicit, quæ figuram gerit Ecclesiæ Christo dispensata, cuius cura ipsi principaliter committitur. Ipse etiam in ministerijs ordinum ordinandos constituit, & vasa quibus vti debent, eis determinat sua consecratione: sicut etiam officia secularia in ciuitatibus distribuuntur ab eo, qui habet excellentiorem potestatem, sicut à Rege.

Ad primum ergo dicendum, quod in impositione manus non datur character sacerdotalis ordinis, vt ex dictis patet; sed gratia, secundum quam ad exequendum ordinem sint idonei; & quia indiget amplissima gratia, ut sacerdotes manus cum Episcopo imponunt eis qui sacerdotes promouentur; sed Diaconis, solus Episcopus. Ad secundum dicendum, quod quia † archidiaconus

li. 1. c. 2.  
1. 1. in  
Epi. ad  
Ludifre-  
dum. 6.  
habetur  
in decre-  
tis d. 25.  
ca. 2.  
Ar. pro  
cor.  
vt dici-  
tur in Cō  
c. Caria.  
4. ca. 3.  
\* ibidem  
c. 4.  
† in De-  
cret. li. 1.  
ca. 23.

*cret. li. 2. titul. 25.* nus est quasi princeps ministerij, ideo omnia quæ ad ministerium pertinent, ipse tradit; sicut cereum, quo acolytus Diacono seruit ante Euangelium; ipsam portando, & vrceum, quo seruit subdiacono; & similiter dat subdiacono ea, quibus superioribus ordinibus seruit. Sed tamen in illis non consistit principalis actus subdiaconi, sed in hoc quod cooperatur circa materiam sacramenti: & ideo characterem accipit in hoc quod datur ei calix ab Episcopo. Sed acolytus accipit characterem ex verbis Episcopi, in hoc quod accipit prædicta ab Archidiacono; & magis in acceptione vrceoli, quam candelabri. Vnde non sequitur quod archidiaconus ordinem conferat.

*Hæc eadem la- zius Tho. in 4. dist. 7. q. 3. ar. 1. q. 3.* Ad tertium dicendum, quod Papa qui habet plenitudinem potestatis pontificalis\*, potest committere non Episcopo ea quæ ad Episcopalem dignitatem pertinent, dummodo illa non habeant immediatam relationem ad verum Corpus Christi: & ideo ex eius commissione aliquis sacerdos simplex potest conferre minores ordines, & confirmare, non autem aliquis non sacerdos; nec iterum sacerdos, immo iores ordines, qui habent immediatam relationem ad corpus Christi, supra quod consecrandum Papa non habet maiorem potestatem, quam simplex sacerdos.

\* *Hierõ. in Dial. contra Lucifer.* Ad quartum dicendum, quod quamvis sacramentum Eucharistiæ sit\* maximum sacramentum in se, tamen non collocat in aliquo officio, sicut ordinis sacramentum: & ideo non est similis ratio.

\* *Aliàs maximū et principalius sacramēto ordinis, in se.* Ad quintum dicendum, quod ad communionem alteri quod quis habet, non exigitur solius propinquitas, sed completio potestatis. Et quia sacerdos non habet completam potestatem in hierarchicis officijs, sicut Episcopus; ideo non sequitur quod possit Diaconos facere, quamuis ille ordinis sibi propinquus.